



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

DX. Eid des Hieronymus Schulz als erwählten Bischofs von Brandenburg,
v. J. 1507.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

DIX. Der Domherr Peter Beme wählt den Hieronymus Schulz per scrutinium zum Bischofe von Brandenburg, im Jahre 1507.

In nomine domini Amen. Ego Petrus Beme, canonicus ecclesie Brandenburgensis, unus ex tribus scrutatoribus, a nostro capitulo prefate ecclesie nominatus et electus ad faciendum scrutinium et electionem futuri pontificis juxta facultatem nobis traditam de mandato ac consensu et voluntate collegarum nostrorum vice mea ac suis et omnium aliorum conuenientium invocata spiritus sancti gratia ad laudem et gloriam omnipotentis dei ac gloriosissime virginis Marie nec non beatorum Petri et Pauli apostolorum dicte nostre ecclesie patronorum, reperio majorem et seniore partem in venerabilem et egregium virum dominum Jeronimum Sculteti, decretorum licentiatum, consensisse, quem collectione facta, de predictorum scrutatorum meorum ac omnium aliorum expresso consensu in nostrum et ecclesie nostre episcopum et pastorem eligo eumque electum ac electionem eandem his scriptis pronuncio atque sollempniter publico in nomine patris et filii et spiritus sancti.

Gercken's Stifte-Historie S. 672.

DX. Eid des Hieronymus Schulz als erwählten Bischofs von Brandenburg, v. J. 1507.

Ego Hieronimus Sculteti, electus ecclesie Brandenburgensis, juro et promitto deo omnipotenti et sancto Petro, hujus ecclesie patrono, et omnibus sanctis, quod ecclesie Brandenburgensi, si et in quantum electio mea confirmata fuerit, fideliter preesse bonaque ipsius, jura, res et libertates, quantum possum, fideliter diligenterque conservabo nec quicquam de eisdem alienabo, permutabo aut impignorabo, nisi in casibus modoque et via a jure permittis, quodque prepositum et capitulum ecclesie mee et ipsorum supposita pro posse manutendo protegam et defendam, nec in personis eorum aliquam violentiam inferam per me vel per alium directe vel indirecte eorumque privilegia, jura, libertates et bona, per predecessores meos et alios quoscunque fideles donata aut per eos comparata nec non omnia et singula, que actu possident et in futurum possidebunt, pacifice et quiete illis permittam. Et hoc juramentum statim et sine mora post consecrationem meam repetam. Sic me deus adjuvet et sancti ejus.

Gercken's Stifte-Historie S. 211.

DXI. Papst Julius bestätigt den Bischof Hieronymus von Brandenburg, am 6. Oct. 1507.

Julius, Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Hieronimo Sculten electo Brandenburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Divina disponente clemencia cujus inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa in apostolice dignitatis specula meritis licet imparibus constituti ad univas orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus et pro earum statu salubriter dirigimus.

Sauptheil I. Bb. VIII.